eo contra leges consulatum occupasset. carbones uō et norbani et scipiones aduer
sus syllam redeuntem male resisterent: ac partim ignauia ducum partim pro
ditorum malignitate res corrumperentur nec sertorius ipse quanq̄ presens
propter improbitatem eorū qui plus poterant emendare res posset: ac tandem
scipio sub spe pacis a sylla deceptus exercitum amisiss&: desperatione rerū ur-
banarum adductus: in hiberiam contendit: eo consilio ut partium ibi suarū
refugium compararet. Graui aūt atq: aduersa tempestate delatus per loca
montuosa et aspera: transitum abarbaris pecunia redemit: quod cum socij
indigne perferrent ac turpe esse dicerent si populi romani proconsul barbaris
tributum persolueret: tempus se redimere inquit. quo nihil rarius ēē consue
uerit: magnarū auidis rerum uiris. Sic igitur barbaris pecunia placatis in hi
beriam transijt. Suscipiens autem prouinciam multitudine quidem populorum
florentem: sed auaritia et superbia magistratuū male dispositam: familiaritate
et conuersatione potentes: tributorum releuatione populos in suam beniuolen
tiam conuertit. Inter cetera gratissimū prouincię fuit: quod a receptione mi
litum homines liberauit. in suburbanis enim hibernare milites iussit: taberna
culis sibi pro tempore instructis: ipseq: ante omnes ita fecit. Non tamen ad gra
tiam prouincialium omnia gerebat: sed armatis quotquot in hiberia habita
bant romanis. tormentaq: omnis generis machinatus: ciuitates sub imperio cō
tinebat humanus quidem in pace: sed in bellico apparatu terribilis. Vt uero .L.
syllam audiuit romam ingressum: mariiq: et carbonis partes deletas ēē ratus
confestim ducem aliquem cum exercitu contra se uenturum pyrenei iuga
per liuium salinatorem cum sex milibus militum occupauit. Nec multo post
C. annius a sylla missus aderat: qui cum inexpugnabilem salinatorem cerneret
sub ipsis montibus cum exercitu subsedit. Salinatore autem per dolum a quo-
dam calpurnio cognomine lanario interfecto: cum sertoriani milites py
renei deseruissent arcem: transgressus annius magna manu contra serto-
rium contendebat. At sertorius cum non tantas haberet copias ut annio
resistere posset: cum tribus milibus hominū carthaginem nouam aufugit.
indeq: nauibus mare ingressus: lybię apud maurisium applicuit. Hic sine
stationibus aquatum egressi milites abarbaris impetu facto multi necantur.
Inde rursus in hiberiam rediens: cum repelleretur a littore cylicibus piratis
sibi coniunctis. in pituisam insulam superato annii presidio quod illi preerat
descendit. Nec multo post ipse annius uenit cum multis nauibus et qnq:
milibus militū contra quem sertorius nauali prelio quamuis eas naues haberet:
que non ad pugnam sed ad uelocitatem fabricate erant: pugnare aggressus:
surgente Zephiro et pelagus agitante plerisq: sertorij nauibus ob leuitatem tērās

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_919/0282

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG